

q. conseruauit: nec cum flere: aut finis ducere: aut ad sepultu-  
 ram alienius necessariis accedere quisquā aspexit unquā priusq̄  
 paralo esset orbatus: qui ei ex legitimis filiis reliquus erat. In hoc  
 autem inflexus animo par unq̄ tolerare tamen suo more tuteba-  
 tur: & solitam grauitatem & constātam retinere: Coronatus etiā  
 cum mortuo filio interesset aspectu ipso doloris magnitudine  
 superatus est: Nam & flebilem edidit uocem & uim lacrimaz  
 emisit: cum nihil tale unquā in reliqua uita fecisset. At ciuitas  
 multos ad bellum duces expta: multosq; oratores: cum nullus  
 nec grauitate: nec auctoritate idoneus esset: uisus: cuius fidei  
 tantum imperium cōmutandum fore: periculumq; ipsum sum-  
 mo desiderio ad tribunal pretoriū reuocaret: mestus atq; exa-  
 nimatus domi iacens: alcibiade aliisq; amicis suadentibus eo  
 se contulit. Sedatis plebis concitatis in se temere motib; cōuer-  
 sus iterum ad rem. p. capeffendam pretorq; designatus: auctor  
 legis de nothis arrogande fuit: quam ipse antea tulerat: nec om-  
 nino successoris inopia familie nomen et genus deficeret: Quae  
 uō ad legem spectant ita se habuerunt. Pericles cum in re. p. ma-  
 xime floretet: multis ante tēporibus filiosq; legitimos haberet:  
 ut diximus legem tulit: solos athenienses haberi qui ex duobus  
 atheniensibus nati essent. Postea uō q̄ rex egyptioꝝ quadraginta  
 milia medimnoꝝ frumēti dono atheniensibus misit: oportuit  
 eum ciuibus diuidi: p̄ multa sunt igit̄ nothis ex ea lege exorte  
 accusationes quae tunc quidem latuerūt: cōteptq; sunt: sed  
 multi hoꝝ delatores in posterum ex titerunt: Qui igit̄ dāpnati  
 iudicio reddere coacti sunt: haud multo pauciores quinq; mili-  
 bus fuerunt: Reliqui qui athenienses indicati in re. p. manserūt  
 quatuordecim milia & quadraginta inuenti sunt. Quare per  
 indignum uidebat̄ legem quae intot homines ualuisset: nūc  
 ab eo ipso rescindi qui tulerat: sed presens fortuna domus pe-  
 riculis afflicta: qui ueluti contumacie elationisq; sue penas lū-  
 sset: flexit atheniensium animos: existimantiū ipsum numi-